

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 92v–93

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25

[25 § 1] [l] De eo. Bonum, quod datur viro vel femine coram iudicio banito, in eo mulier cum sua parte sue dono.

Bonum, quod datur viro vel femine coram iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradiccione quicquid placet. Idem potest vir cum parte sui doni, quicquid modo simili, quam ipse suscepit [^a].

[25 § 2] De eo. Si moritur femina absque herede, ita quod nullam heredit a suo.

De eo. Si moritur femina absque herede, ita quod nullam heredit a suo marito peperit, ipsa heredem sua successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum <naturalem successorem ^a>, sit [k. 93] masculus seve [s] femina, qui sibi sit paris condicionis. Idem faciat vir illi, qui sibi paris fuerit condicionis.

^a poniżej ręką komentatora

[25 § 3] De eo. Insuper omne aurum et argentum non informatum, et omnis.

De eo. Insuper omne aurum et argentum non informatum, et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quod aut quantum post tricesunum permansit, vel permanserunt, totum cecidit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recepit mediam partem et heredes viri reliquiam mediam tollunt partem.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

^a skrót, niewykluczone etc.